

# INTEGRORVM.

15

Numero 38. reijciantur 9. quoties id fieri potest, nempe quater remanent 2. quater enim 9. faciunt 36. Quòd si dicas, 3. & 8. (sumendo figuras eiusdem numeri 38. seorsum) faciunt 11. & reijcias 9. Vel certe dicas. 1. & 1. faciunt 2. (sumendo etiam figuras huius numeri 11. proximè compositi seorsum) habebis eadem 2. quæ prius reliqua fuerunt. Ita quoque si ex hoc numero 41. reijciantur 9. quoties fieri potest, nempe quater, remanent 5. Et si dicas, ex 4. & 1. (sumendo figuras numeri 41. seorsum) fiunt etiam 5. Denique ex numero 78. si abijciantur 9. quoties fieri potest, nempe octies, relinquuntur 6. Et si dicas, 7. & 8. faciunt 15. reijciasq; hinc 9. Vel certè dicas, 1. & 5. faciunt 6. tantundem habebis, quantum prius reliquum fuit. Eademque ratio est de cæteris.

Itaque vt videas, qua ratione examen additionis instituendum sit, examinabimus primum exemplum hoc modo.

710654	X
8907	
86789	
880	
-----	
777230	

7. & 1. faciunt 8. Additis 6. fiunt 14. id est, 9. Nam 1. & 4. faciunt 5. quantum nimirum relinqueretur, si 9. ex 14. reijcerentur, vt dictum est. Additis 5. ad illa 5. fiunt 10. id est, 1. Additis 4. fiunt 5. Additis 8. fiunt 13. hoc est, 4. additis 7. fiunt 11. (Nam 9. semper o-mittuntur, cum sint perpetuo abijcienda.) id est, 2.